

TACITE - ANNALES (XII, 66-67) – L'ASSASSINAT DE CLAUDE

Après la mort de Messaline en 48 après J.C, Agrippine intrigue auprès de Claude et se fait épouser. Elle manoeuvre ensuite pour que son fils Néron, qu'elle a eu d'un précédent mariage, soit reconnu par Claude comme successeur, au détriment de l'héritier légal, Britannicus, fils de Claude et Messaline. En 54 après J.C, profitant de l'absence de Narcisse, un affranchi dévoué à Claude, elle passe à l'attaque.

In tanta mole curarum, valetudine adversa corripitur¹, refovendisque viribus mollitia caeli et salubritate aquarum Sinuessam pergit. Tum Agrippina, sceleris olim certa et oblatae occasionis propera, nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit, ne repentino² et praecipiti facinus proderetur ; si lentum et tabidum delegisset, 5 ne admotus supremis Claudius, et dolo intellecto, ad amorem filii rediret : exquisitum aliquid placebat quod turbaret mentem et mortem differret. Deligitur artifex taliolum, vocabulo Locusta, nuper veneficii damnata et diu inter instrumenta regni habitata. Ejus mulieris ingenio paratum³ virus, cujus minister e spadonibus fuit Halotus, inferre epulas et explorare gustu solitus.

10 Adeoque cuncta mox pernotuere, ut temporum illorum scriptores prodiderint infusum delectabili cibo [boleto] venenum, nec vim medicaminis statim intellectam, sordiane⁴ Claudii an vinolentia ; simul soluta alvus subvenisse videbatur. Igitur exterrita Agrippina et, quando ultima timebantur, spreta praesentium invidia provisam jam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille, tamquam nisus evomentis 15 adjuvaret, pinnam, rapido veneno illitam, faucibus ejus demisisse creditur, haud ignarus⁵ summa scelera incipi cum periculo, peragi cum praemio.

1 Le sujet de ce verbe est Narcisse, un affranchi de Claude qui combat les manoeuvres d'Agrippine.

2 *Repentino* [veneno]

3 *Paratum* [est]

4 Interrogation indirecte double, dépendant d'un *incertum* sous-entendu : sans qu'on sache si ce fut en raison de... ou de...

5 *Haud ignarus* [summa scelera *incipi*] : l'adjectif *ignarus* est construit avec une proposition infinitive, par analogie avec le verbe *ignorans*. En raison de son importance, il est bon de le traduire par un verbe indépendant : Il n'ignorait pas que...